

75 Disp.II. Partit.VII. de priuatione Physica. 76

Ratio principia pro resolutione.

Ex quibus omnibus colligi potest ratio fundamentalis, pro probatione resolutionis, nimirum quod cuilibet peculiaris substantiae, in quantum substantia est, & ut distincta ab accidentibus, debetur proprius terminus, qui non est alius, quam substantia; sed forma materialis est natura, & quedam substantia distincta à materia, & ab accidentibus; ergo forma materialis suam peculiarem sibi vendicat substantiam.

Obiectio.

Quod si obijcas: *Esse in alio*, opponitur contra esse per se; substantia autem dicit esse per se; at forma dicit esse in alio, nempe in materia.

Résp.

Responde cum distinctione: quod dicit esse in alio, per veram inherentiam concede, quod dicit esse in alio, per informationem, & per modum constituentis nega; forma autem se habet in materia, non illo priori, sed hoc posteriori modo.

A fortiori anima rationali etiam habet propriam substantiam.

Et ex his omnibus colligere est à fortiori, animam rationalem, etiam in quantum informat corpus, suam peculiarem retinere substantientiam spiritalem. Quod si quaras, quomodo ex peculiari anima rationali substantientiam spiritali, & ex peculiari materia corpore substantientia resultare possit una totalis, quæ dicatur substantientia compositi? Respondeo eodem modo resultare unam substantientiam totalem, quo resultat unum totale compositum ex anima spiritali, & corpore materiali; & sicut hoc ultimum de facto datur, ita nec erit inconveniens admittere illud primum: quod vero vno non impedit substantientiam formæ, patet ex dictis, nam cum illa substantientia non sit in ratione partis, sed in ratione naturæ; vno autem sit in ratione partis; idcirco vno non impedit substantientiam formæ, nec substantientia formæ vnonem.

Partitio VII.

De priuatione Physica.

UT dictum est partitione quinta, verius affiguntur Physici rationes seminales pro vno ex principiis Physicis, ob rationem ibi avallatam: attamen ne à confusa Physicorum methodo tractandi de priuatione hoc in loco discedamus, néue singulares reputemur; ideo de priuatione Physica, iuxta communem doctrinam hic; succinctè tamen, dicemus.

Priuationem ergo dicunt esse *carentiam formæ in subiecto* apro; de qua controuertunt, an sit aliquod ens reale? nonnulli dicunt, quod sic, non quidem reale positivum, sed reale negativum. Sed exissimo hoc esse abutu terminis, quia omne ens reale est positivum.

Obijciunt: Omne quod est ante opus intellectus, est ens reale; sed illa priuatio est ante opus intellectus; ergo est ens reale.

Responde ad maiorem: Quod est ante opus intellectus per modum entis, concedo; per modum carentia entis, nego: & ad minorem: priuatio quidem est ante opus intellectus, non per modum entis, neque per modum alii cuius realitatis; sed per modum carentia reali-

tatis, ad quam tamen subiectum illius priuationis dicit ordinem: quare si quo modo dicatur priuatio ens reale, hoc non debet intelligi formaliter, sed materialiter, hoc est, ratione sui subiecti. Ex qua solutione facile est satisfacere omnibus argumentis, quibus aliqui conati sunt probare priuationem Physicam, ex suo etiam formaliter, esse ens reale priuatum; nam certè quando concipitur à nobis priuatio per modum entis, tunc priuatio non concipitur vt est, & per consequens est tunc quid rationis, sed quando concipitur per modum carentia entitatis, & realitatis debitis subiecto illius priuationis. Quidquid sit de hoc, circa priuationem Physicam.

Quæritur primo: Quotuplex sit priuatio Physica in genere?

Respondetur communiter duplcem esse: Vna dicitur prima, seu remota, est quæ illa, quæ materia prima priuatur omnibus formis; secunda quæ dicitur proxima, ea est, quæ materia affecta quibusdam dispositionibus priuatur forma illis dispositionibus debita, v. g. materia sub forma ligni, vbi lignum est maximè fiscatum, & calefactum, dicitur habere priuationem secundam, seu proximam ad formam ignis.

Quæritur secundo: Quenam ex illis cense. ri debeat principium Physicum?

Respondendum, Priuationem proximam esse principium Physicum, Ratio in promptu est, quia illa priuatio est principium Physicum ex Aristotele, quæ non remanet in compagno; sed est illa priuatio secunda, & proxima, quæ non remanet, vt manifestum est; ergo priuatio proxima est principium Physicum, non vero priuatio remota. Secundo illa priuatio est principium Physicum, vnde proficiscitur proxime generatio; sed generatio v. g. bouis non proficiscitur, nisi remotè à priuatione prima, & remota; ergo non illa, sed priuatio proxima est principium Physicum.

Quæritur tertio: Vndenam specificentur priuationes, & vndenam accipientiam vnitatem?

Respondeo à forma, quæ priuant; Ratio est, quia eadem est scientia contrariorum, & proinde idem obiectum contrariorum: v. g. priuatio formæ bouis accipit suam vnitatem à forma bouis. Deinde cùm totum esse priuationis sit carentia formæ, & carentia alicuius rei ponatur in eadem specie, quia res ipsa, rectè sequitur, quod priuatio sit eiusdem speciei cùm forma, quæ priuat: nec implicat ens reale, & quid priuatum, ad eandem redaci speciem; quia realitas, & specificatio sunt disparata, sicut homo pictus, & homo realis sunt eiusdem speciei, licet analogice; attamen non sunt eiusdem realitatis, aut etiam homo nominaliter sumptus, & homo verbaliter sumptus, sunt eiusdem speciei, non tamen eiusdem realitatis; quia homo nominaliter sumptus non habet realitatem extra causas, hoc est realitatem existentem, bene tamen homo verbaliter sumptus, hoc est existens.

Quæritur quartio: An materia, & priuatio sint unum re, & numero? Respondeo esse unum numero extrinsecè, sicut aer, & tenebra recte

*Num. 32.
Duplex est
priuatio
Physica.*

*Priuatio
proxima di-
ctetur comu-
niter priu-
cium Physi-
cum.*

*Definisca-
tione priua-
tionum.*

*Quomodo
materia &
priuatio sint
unum.*